merito, quia frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari; cui fidem à se præstitam servari recusat, textu expresso *in cap.* Frustra 75. *de regul. jur. in 6.* & concordant *cap.* Cum pridem 4. §. Ille igitur, *de peccatis*, *cap.* Pervenit 3. & ibi Glossa 2. *de jurejurando cap.* Innocens 23. *caus.* 22. *quæst.* 4. cum similibus. Tum quia sic clandestine revocans suum reciprocum testamentum censetur dolose, & fraudulenter agere; fraus autem & dolus nemini patrocinari debent; *cap.* Sedes 15. *&* *cap.* Ex tenore 16. *de rescriptis*, *cap.* Tuæ 12. *de Clericis non residentibus*, *cap.* Intelleximus 7. *de judiciis*, ibi: *Ne videatur de sua malitia commodum reportare*; *leg.* In fundo 38. *ff. de rei vindicat. leg.* Cum hi 8. *ff. de transactionib. leg.* Non fraudantur 134. *ff. de reg. jur. leg.* Si Legatarius 25. *Cod. de legatis.* Si vero, ut prosequuntur statuta Bavarica *leg. capitul.* unus non clandestine, sed sciente altero testamentum revocavit, remanet conjugis alterius testamentum in suo valore, si post revocationem ab altero factam tamdiu adhuc vixit, quod etiam ipse suum testamentum facile revocare, vel mutare expresse potuisset, & tamen non fecit. Ipse enim in tali casu videretur cessisse juri suo, ut quilibet potest, textu expresso *in cap.* Si de terra 6. *de privilegiis*, ibi: *Cum liberum sit unicuique juri suo renuntiare*, & concordant; *cap.* Si diligenti 12. *de foro compet. leg.* Si judex 41. *ff. de minoribus*, *leg.* Si quis in conscribendo 29. *C. de pactis.*

12 Testamentum reciprocum, seu mutuum inter conjuges, seu alias personas, fieri potest ore tenus, & in scriptis in una, vel diversa charta, eodem, vel diverso tempore, coram iisdem, vel diversis testibus; Ita tamen quod si in eadem charta, & coram iisdem testibus fiat, uterque conjux, seu utraque persona illud signare, & subscribere, ac testes ad ferendum testimonium rogare, seu requirere debeat; & ipsi testes in subscriptione non tantum proprium nomen, sed etiam illud utriusque conjugis, vel personæ separatim, ac specifice exprimere debeant. Et sic uterque conjux, seu utraque persona necessario debeat rogare, seu requirere testes casu, quo coram iisdem testibus eodem tempore simul testamentum reciprocum, seu motuum ore tenus ab ipsis fiat; Gailus *lib.* 2. *observ.* 117. *num.* 1. Schimit *ad tit.* 34. *art.* 12. *num.* 1. *& seq.* Jul. Clar. §. Testam. *numer.* 1. *& seq.* Molina *disp.* 152. *numer.* 1. *& seq.* Reiffenstuel *loc. cit. num.* 371. & ipso teste communis aliorum; *arg. leg.* Licet 19. *C. de pactis*, *leg.* Eo quod. *Cod. Si certum petatur*, *leg.* Hac consultissima 21. *Cod. de Testam. leg.* Singulos testes 30. *ff. Qui testamenta facere possint*: Et ratio est, quia licèt uterque conjux, seu utraque persona coram iisdem testibus eodem tempore simul testamentum reciprocum ore tenus condat, seu in una, & eadem charta suam testamentariam voluntatem exprimat, duplex tamen testamentum est, cum quivis tantum de sua substantia testetur; Berlick *in aureis decisionib. dec.* 92. *num.* 4. Gailus *loc. cit.* Mynsinger *centur.* 1. *observ.* 8. *num.* 6. Reiffenstuel *loc. citat. num.* 371. & alii communiter, *arg. leg.* Servi electione 5. §. 2. *ff. de legatis* 1. cum similibus.

13 Testamenta reciproca, seu mutua inter conjuges, vel alias personas possunt confici his, vel aliis similibus formulis. Si ambo conjuges simul *v. gr.* in eadem charta suam reciprocam testamentariam voluntatem scribant, vel scribi faciant, poterunt hujusmodi verbis uti: "Nos infrascripti conjuges hisce testamur „quod unus alterum post mortem suam hæredem suum „instituat, & institutum velit, *vel* unus alteri omnium „bonorum relinquat usumfructum, cum hoc onere, „quod &c." Si vero quivis conjux distincte, separatim, ac singulariter in eadem charta suam dictam testamentariam voluntatem scribat, vel scribi faciat, poterit uti hujusmodi verbis: "Ego N. maritus his„ce testor, quod post mortem meam volo pro hære„de mea habere, seu hæredem meam instituto dilec„tissimam uxorem meam N. vel lego eidem bonorum „omnium, vel certorum usumfructum &c." Et sic vicissim uxor, voluntate mariti integre expressa, ac scripta, subjunget: "Et ego N. uxor reciproce post „mortem meam volo pro hærede meo habere, seu „hæredem meum instituo dilectissimum maritum meum „N. vel lego eidem usumfructum &c. vel illud &c." Hic etiam alia forma, vel simili uti poterunt duo conjuges, seu duæ aliæ personæ mutuo consensu volentes se reciproce hæredes instituere, seu reciproce sibi aliquid legare: "Si ego N. ante te N. decessero, „hæredem omnium bonorum meorum te instituo, vel „usumfructum omnium bonorum ad dies tuæ vitæ tibi „N. lego &c." Et alter reciproce: "Si ego N. ante „te N. obiero, te N. quoque hæredem omnium bono„rum instituo, aut hoc, vel illud tibi N. lego, &c." Idem etiam in separatis duabus chartis, vel etiam ore tenus præstare poterunt, dummodo semper illud signent, subscribant, ac testes ad ferendum testim. rogent, seu requirant, ut dictum est supra *num.* 12. *arg. leg.* Licet 19. *Cod. de pactis*, *leg.* Ego quod 19. *Cod. Si certum petatur*, *leg.* Hac consultissima 21. *Cod. de testam. leg.* Singulos testes 30. *ff. Qui testam. facere possunt.* Et est hic advertendum, quod non refert an conjuges, seu aliæ personæ æqualiter, vel inæqualiter se invicem instituant, uti cum aliis ex jure, & praxi ostendit, ac probat Berlick *in aureis decisionib. decis.* 92. & sequitur Reiffenstuel *loc. cit. num.* 371.

Quoad reciproca testamenta conjugum est specia- 14
liter notandum, quod tunc maxime fieri solent, & possunt, quoad hæreditatem, seu usumfructum omnium bonorum, quando conjuges filiis carentes hæredem necessarium non habent. Si vero filios, seu hæredes necessarios habeant, possunt quidem se reciproce hæredes, seu usufructuarios instituere; sed tamen in hoc casu, ut eorum reciprocum testam. subsistat, debet necessario relinqui filiis, seu hæredibus necessariis legitima sine omni onere; & quidem ex titulo hæredis tradenda statim post mortem patris, seu matris, & quoad proprietatem, & quoad usumfructum, ut docent communiter DD. per text. *in Auth.* Novissima lege, *& leg.* Quoniam 31. *ac leg.* Scimus 36. *Cod. de inofficioso testam. & Nov.* 18. *cap.* 3. *ac cap.* Rainutius 16. *de testam.* Unde si unus conjugum cæco ductus amore alteri usumfructum omnium bonorum per dies vitæ suæ in testamento universaliter legaret, vel relinqueret, adhuc censendus esset exceptus ususfructus legitimæ, ita ut extantes post mortem testatoris filii possent à patre, vel matre, cui ususfructus omnium bonorum relictus esset, petere statim secuta dicta morte legitimam una cum usufructu, ut tradunt communiter DD. per citata jura, & signanter per dict. *Nov.* 18. *cap.* 3. ubi id expresse statuitur. Legitima enim debita filiis non dependet à voluntate parentum, sed procedit à jure naturæ, canonico, & civili; *leg.* Cum ratio 7. *ff. de bonis damnat. cap.* Rainutius 16. *de testam.* ibi: *Legitima portio jure naturæ debita*, juncto ejus summario, in quo sic expresse habetur: "In bonis patris, „matris, & aviæ habet quis legitimam debitam jure „naturæ, in qua gravari nequit."

Testamentum revocari potest & verbis, & factis, 15
Com. arg. leg. Sancimus 27. *& leg.* Nostram 30. *Cod. de testam. leg.* Quæ in testamentis 1. *& leg.* Cancellaverat 2. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, *leg.* Posteaquam 1. §. 8. *ff. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt*, cum similibus.

Revocatio testamenti facti nudis verbis, ut sit va- 16
lida, duo copulative requirit, nempe 1. Ut coram testibus, aut coram actis, seu apud acta fiat. 2. Ut elapsum jam sit decennium à tempore conditi testamenti: Si enim una ex his duabus conditionibus deficiat, revocatio verbalis est nulla: Sic contra Martinum, Covarrubiam, & alios, Alexander *in leg.* Sancimus 27. *C. de Testam. numer.* 8. Jul. Clar. §. Testamentum *quæst.* 91. Fulgosus *in cit. leg.* Sancimus... Fachin. *lib.* 4. *controv.* 8. Reiffenst. *loc. cit. num.* 743. *&* 745. testans, quod hæc sententia sit communior, & juri conformior, per expressum, & clarum textum *in leg.* Sancimus 27. *C. de testam.* & concordant *capit.* Militis 6. §. 3. *ff. De testam.* Militis, *&* §. Ex eo 7. *Instit. Quibus modis testam. infirmentur.*

17 Testamentum censetur vere revocatum factis, nedum per validam alterius posterioris testamenti confectionem, sed etiam per ipsius cancellationem, deletionem, incisionem, lacerationem, inductionem, corruptionem, exustionem, vel alio simili modo à testatore, vel ejus mandato, ab alio seriò, seu consultò factam; *Com.* per claros, & expressos textus in *leg.* Qui in testam. 1. *leg.* Cancellaverat 2. *leg.* Proxime 3. *& leg.* Pluribus tabulis 4. *ff. De his, quæ in testam. delentur, inducuntur, vel inscribuntur*, *leg.* Posteaquam 1. §. 8. *ff. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt*, *leg.* Nostram provisionem 30. *C. De testam.* cum similibus; Et ratio est, quia ex hujusmodi actionibus, seu factis sufficiens habetur signum mutatæ voluntatis testatoris, *arg. cit. leg.* Posteaquam 1. §. 8. *ff. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt*: ibi: *Quia voluntatem testator mutavit*; *& cit. leg.* Nostram provisionem 30. *C. De testam.* ibi: *Utpote ejus voluntate mutata.*

18 Non censetur autem testamentum revocatum factis, si supradictæ actiones, & aliæ similes fiant inconsultò, fortuitò, aut præter voluntatem testatoris; dummodo hæres institutus adhuc legi possit; *Com.* textu expresso in *cit. leg.* Quæ in testam. 1. *ff. De his, quæ in testam. delentur.*

19 In dubio, an testamentum consultò, aut in consultò fuerit cancellatum, seu deletum, præsumendum est, deletum consultò, si testamentum servabatur apud testatorem; Secus vero si alibi: Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 28. Bruneman. *ad l.* 12. *Cod. de testam.* Zoesius *lib.* 1. *caus.* 2. *num.* 1. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 754. cum aliis ibi allegatis.

20 Si testator omnem scripturam testamenti cancellavit, etiam quoad legata censetur revocatum, *leg.* Proxime 3. *ff. De his, quæ in testam. delentur*, *leg.* Posteaquam 1. §. 8. *ff. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt*, *leg.* Nostram provisionem 30. *Cod. De testam.* & Doctores passim.

21 Immo etiamsi testator non totam scripturam testamenti cancellet, sed solum aliquid substantiale, sine quo ultima voluntas consistere nequit, ut si consultò deleat nomina testium, aut infringat, aut auferat sigilla, totum testamentum etiam quoad legata censendum est revocatum, quia in tali casu merito præsumitur totam mutasse voluntatem ac intestatum decedere voluisse, *arg. citatis juribus*, Dauth. *leg.* 21. *Cod. De testamentis num.* 17. Roc. *disp.* 37. Struv. *syntagma jur. civil. exercit.* 33. Reiffenst. *loc. cit. num.* 749. & alii.

22 Si testator consultò cancellaverit in testamento solum nomen unius ex pluribus hæredibus, testamentum non censetur revocatum quoad alios, sed ille solus erit exclusus, alii vero non, & tota hæreditas hæredibus non deletis defertur; *leg.* Cancellaverat 2. *ff. De his, quæ in testam. delentur*, Castrensis *in l.* Proximæ 3. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, Gilken *in leg.* Nostram 30. *num.* 5. *Cod. de testamentis*, Mantica *de conjectur. ultim. voluntat. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 31. Reiffen. *loc. cit. num.* 750. & ipso teste *communis* aliorum: Et ratio est, quia nemo partim testatus, partim intestatus decedere potest; *leg.* Jus nostrum 7. *ff. de regul. juris.*

23 Si autem testator consultò deleverit nomina omnium hæredum, tunc testamentum corruit quoad institutionem respectu omnium, sicuti corruit, si deleatur nomen hæredis solius instituti; & tunc datur successio ab intestato, quia in tali casu merito est præsumendum, quod ipse voluerit decedere intestatus; *Communis* cum Doctoribus num. antecedenti allegatis, *arg. leg.* Proxime 3. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, *leg.* Posteaquam 1. §. 8. *Si tabulæ testamenti nullæ extabunt*, *leg.* Nostram 30. *Cod. de testamentis*, cum similibus.

24 Deletis consultò nominibus omnium hæredum, nedum corruit testamentum quoad institutionem; sed probabilius corruit etiam quoad legata prophana non deleta, ita ut non debeantur legatariis; sic cum pluribus aliis Cujacius *in leg.* Proxime 3. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, per textum *in cit. leg. Proxime*, ibi: "Non potest ullum testamentum valere, quod hæ„redem non habet, *arg. leg.* Ex Testamento 29. *Cod.* „*de Fideicommissis*, ibi: "Ex testamento, quod jure „non valet, nec fideicommissum quidem", & faciunt dicta, & adducta supra *num.* 20. *&* 21.

Alii tamen, ut Ludovell. *part.* 1. *cap.* 10. *fol.* 173. 25
Castrensis *in cit. leg.* Proxime 3. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, Gilken *in cit. leg.* Nostram 30. *Cod. de testam.* & *ib.* Bruneman. cum aliis, quibus adherere videtur Reiffen. *loc. citat. num.* 751. tenent contrarium, nempe, quod deleto nomine omnium hæredum, valent legata non deleta, *arg. cit. leg.* Proxime, in fine, ubi rupto propter deletionem hæredis testamento, legatum deberi deciditur, quod nempe est tenendum in speciali casu, quo, ut ibi, libertas est legata: Quamvis alioquin non sine rationabili fundamento supra allegati Doctores dictam legis decisionem extendant ad quodlibet aliud legatum propter rationem universaliter ibi allegatam, nempe: "Sed in re „dubia benigniorem interpretationem sequi non minus „justius est, quàm tutius."

Testamentum facto revocatur per posterius legitime 26
conditum, quamvis hoc posterius non sortiatur suum effectum, ex quo hæres, *v. gr.* in illo institutus repudiaverit hæreditatem, vel ante testatorem decesserit, & hujusmodi: *Comm.* per clarum textum *in* §. Posteriore quoque 2. *Institut. Quibus modis testamenta infirmentur*, *& in leg.* Testamentum 2. *ff. De injusto,* 27
rupto, irrito facto testamento. Et id etiam currit, quamvis in primo testamento hæres fuisset ex asse institutus, in secundo autem in re certa; *Com.* textu expresso in §. Sed etsi 3. *Institut. Quibus modis testamenta infirmentur.* Item etiamsi prius testamentum clausulam testa- 28
menti derogatoriam contineat, dummodo talis derogatoriæ clausulæ fiat mentio in testamento posteriori revocatorio, juxta dicta, & adducta supra *num.* 4.

Ad hoc autem, ut testamentum prius revocetur per 29
posterius, necesse est quod posterius sit rite, & legitime cum requisitis juris solemnitatibus factum: Si enim ex defectu alicujus solemnitatis posterius esset nullum, prius remaneret validum; *Communis arg. cit.* § Posteriore quoque 2. *Instit. Quibus modis testamenta infirmentur*, *& leg.* Tunc autem 2. *ff. De injusto, rupto &c.*

Vel si Testamentum posterius non sit rite, & legi- 30
time factum, necesse est, ad hoc ut rumpat prius, ut in ipso institutus sit qui aliàs ab intestato succederet: *Tunc enim, & posteriore non perfecto, superius rumpitur*, textu expresso *in cit. leg.* Tunc autem 2. *ff. De injusto, rupto, irrito facto testamentum*; Dummodo tamen posterius testamentum coram saltem quinque testibus fuerit factum, textu expresso in *Authentic.* Hoc inter §. 3. *Cod. de testamentis*; ibi: "In qua voluntate „quinque testium juratorum depositiones sufficiunt, „quo non facto, valebit primum testamentum, licèt in „eo scripti videantur extranei."

Testamentum prius solemniter, & legitime factum 31
rumpitur per posterius privilegiatum, *v. gr.* datum ad acta, vel factum ad causas pias, aut tempore pestis, & hujusmodi: Sic communior, jurique conformior, ac usu recepta sententia cum Harprecht. *in* §. 2. *Instit. Quibus modis testam. infirmentur*, Salicet. *in leg.* Sancimus 27. *Cod. de testamentis num.* 3. Covarrub. *de testamentis part.* 2. *Rubr. num.* 2. *& seq.* Carp. *part.* 3. *Const.* 3. *defin.* 42. Reiffen. *loc. citat. numer.* 759. cum Mantica, & ratio clara est, quia, ut prius testamentum revocetur per posterius, sufficit quod posterius sit factum secundum dispositionem juris *arg. citat. leg.* Posteriore quoque 2. *Institut. Quibus modis testamenta confirmentur*, *citat. leg.* Tunc autem 2. *ff. de injusto, rupto &c. Authent.* Hoc inter *Cod. de testamentis*; atqui testam. privilegiatum, quamvis careat solemnitatibus ordinariis ad aliud non privilegiatum requisitis, est factum secundum veram dispositionem specialis juris per expressos textus in *leg.* Inter omnes 6. *Cod. Familiæ Erciscundæ*, *leg.* Hac consultissima 21. §. Ex imperfecto *Codic. de testamentis* pro testamentis inter liberos; *leg.* Si milites 15. *Codic. de testamento militis* pro testamentis militum, *leg.* Et ab an-

antiquis 31. *Cod. de testamentis* pro testamentis rusticorum, *leg.* Omnium 19. *Cod. de testamentis* pro testamentis Principi oblatis, & ad Acta factis seu datis; *cap.* Relatum 11. *de testamentis* pro testamentis ad pias causas, & sic de aliis similibus, ergo &c. Tum quia testamentum privilegiatum habet eamdem vim ac solemne, *arg.* Militibus 1. *&* *leg.* Divus Trajanus *ff. d. testamento militis*; immo majorem, *arg. leg.* Omnium 19. *Cod. de testamentis*, ibi: "Omnium testamentorum »solemnitatem superare videtur."

32 Item testamentum prius ad acta, seu coram Principe factum revocari potest per aliud posterius sine actis, seu in absentia actorum ordinaria, vel privilegiata solemnitate factum, *Com.* per textum in *cap. leg.* Omnium 19. *verb.* Nec sane *Cod. de testamentis*, & faciunt rationes, & jura *numero antecedenti* adducta.

33 Testamentum autem parentum inter liberos non aliter revocari potest, quàm per aliud testamentum coram septem testibus legitime factum, quamvis prius coram duobus solum esset factum; *Com.* text. expresso *in Authen.* Hoc inter *Cod. de testamentis*, *& in Novella* 107. *cap.* 2.

34 Testamentum nedum ut ex hucusque dictis post revocari, seu mutari, sed etiam potest irritari, rumpi, & destitui; *Communis arg. tot. tit. Instit. Quibus modis testamenta infirmentur*, §. 3. *num.* 4. *Instit. de capitis diminut.* *& leg.* 1. *ff. eod. leg.* In quantitate 75. *ff. de Falcidia*, *leg.* Posthumi 3. §. 4. *ff. de injusto, rupto, irrito facto testamento*, §. 2. *Inst. de adopt.* Novella 89. *cap.* 12. cum similibus.

35 Testamentum irritari dicitur, quando non ex parte ipsius Testamenti, sed ex parte testatoris accidens, defectus, vel vitium aliquod emergit, vi cujus testamentum prius validum infirmatur, & redditur nullum; §. Alio autem modo 4. §. Hoc autem casu 5. & §. Non tamen 6. *Inst. Quibus modis testam. infirmentur.* Præcipue tamen irritatur testamentum, quando testator patitur capitis diminutionem, seu status mutationem; capitis enim diminutio est status mutatio, *princip. Institut. de capitis diminutione*, ibi: "Est au»tem capitis diminutio prioris status mutatio" *leg.* 1. *ff. de capite minutis*, ibi: *Capitis diminutio est status permutatio.* Et hæc capitis diminutio est triplex, scilicet *Maxima*, quæ fit cum quis libertatem amittit, & servus efficitur: §. Maxima 1. *Instit. de capitis diminutione*; *Minor*, seu *media*, quæ fit, cum quis civitatem amittit, sed adhuc libertatem retinet; §. Minor, seu media 2. *Instit. eod.* *Minima*, quæ fit, cum quis prius sui juris alterius juri subjicitur, sed adhuc retinet civitatem, & libertatem, ut fit si *testator* alteri adrogandum se tradit, §. Minima 3. *Instit. eod.* & totum id habetur expresse *in leg.* Capitis diminutionis 11. *ff. de capite minutis*, ibi: "Capitis diminutionis tria »genera sunt, *Maxima*, *Media*, *Minima.* Tria enim »sunt, quæ habemus, *libertatem*, *civitatem*, *fami»liam.* Igitur cum omnia hæc amittimus, hoc est *li»bertatem*, *civitatem*, *& familiam*, maximam esse »capitis diminutionem; cum vero amittimus civita»tem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis »diminutionem; cum & libertas, & civitas retinetur, »familia tantum mutatur, minimam esse capitis di»minutionem constat." Qualibet autem ex dictis tribus capitis diminutionibus irritatur testamentum; §. Alio autem modo 4. *Instit. Quibus modis testamenta infirmentur*, *leg. Si quis* 6. §. 5. *&* 6. *ff. de injusto, rupto, irrito facto testamento*; *leg.* Conficiuntur 8. §. 3. *ff. de Jure Codicillor.* cum similibus.

36 Testamentum rumpi dicitur, cum in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitiatur, textu expresso in §. *Rumpitur* 1. *instit. Quibus modis testamenta infirmentur.* Tripliciter autem de jure rumpitur testamentum. *Primo* scilicet si post conditum testamentum nascatur suus hæres legitimus, proles nempe legitima: *leg.* Posthumi 3. §. 4. *ff. de injusto, rupto &c.* dummodo tamen vivus, & verus homo in monstrum, vel prodigium non declinans veniat in lucem; nam si vel mortuus editus sit, vel vivus quidem, sed declinans in monstrum, vel prodigium, per ipsum non rumpitur testamentum, sicuti per ipsum non rumpitur, si vivus perfecte natus sit, licèt statim moriatur, textu expresso in *leg.* Quod certatum 3. *Cod. de posthumis instituendis.* *Secundo* rumpitur, si post testamentum conditum aliquis testatori suus hæres efficiatur, ut filius naturalis post testamentum legitimetur; Novella 80. *cap.* 12. vel si quis in filium à testatore adoptetur, vel adrogetur, §. Rumpitur 1. *Inst. Quibus modis testamenta infirmentur.* *Tertio* rumpitur per revocationem, & mutationem, quæ pluribus potest fieri modis, juxta dicta, & jura allegata supra *à num.* 1. *ad* 33.

37 Testamentum destitui dicitur, quando nullus ex eo hæres extitit, *arg. leg.* In quantitate 73. *ff. ad Legem Falcidiam*, ibi in principio: *Ne destituto testamento nihil consequatur*, *&* §. Posteriore quoque 2. *Instit. Quibus modis testamenta infirmentur.* Et id tripliciter contingere potest. *Primo* si institutus hæres noluerit esse hæres. *Secundo* si institutus hæres, aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam hæreditatem adiret, decesserit. *Tertio* si in conditione, sub qua hæres institutus est, defectus sit. In his enim casibus paterfamilias intestatus moritur: Sic expresse habetur *in citat.* §. Posteriore quoque ... ubi ratio subjungitur: "Nam & prius testamentum non valet ruptum à pos»teriore, & posterius æque nullas habet vires, cum »ex eo nemo hæres extiterit."

38 Revocari possunt non solum testamenta, sed etiam aliæ ultimæ voluntates, videlicet legata, codicilli, & donationes mortis causa; *Com.* per text. *in leg.* Si quis 22. *ff. de Legatis* 3. *in leg.* Quod si 4. *in leg.* Translatio 6. *ff. de adimendis Legatis*, cum similibus.

39 Et quidem legata revocari possunt facto, verbis, & signis, intra, & extra testamentum, tacite & expresse; dummodo concurrant eædem solemnitates, quæ ad eorum confectionem requiruntur, videlicet quinque testes; *Com.* per claros textus *in toto tit. ff. de adimendis legatis*, *leg.* Nutu 21. *ff. de legatis* 3. *&* §. *unico Instit. de ademptione legatorum*; & quod requirantur, & sufficiant quinque testes, habetur in *leg.* Si quis 8. §. 3. *Cod. de codicillis*: Omnis enim res, per quascumque causas nascitur, per eadem dissolvitur, textu expresso *in cap.* Omnis res 1. *de Regul. Juris in antiquis.*

40 Facto revocantur legata, quando ipsa serio ac consulto delentur, cancellantur, aut calamo inducuntur; *Communis*, per expressos textus *in leg.* Quæ in testamento 1. *& leg.* Proxime 2. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, sic etiam facto revocantur legata, quando totum testamentum per legitimam confectionem alterius; aut per totalem cancellationem, vel destructionem, aut revocationem verbalem rumpitur, aut revocatur; *Communis arg.* §. Posteriore quoque 2. *Instit. Quibus modis testamenta infirmentur*, *leg.* Quæ in testamento 1. *& leg.* Proxime 3. *ff. De his, quæ in testamento delentur*, *l.* Posteaquam 1. §. 8. *ff. Si tabullæ testamenti nullæ extabunt*, *leg.* Nostram provisionem 30. *Cod. de testamentis*, cum similibus: Rupto enim seu invalido existente testamento, legata prophana non debentur; *leg.* Sæpissime 1. *ff. de jure codicillorum*, *leg.* Ex testamento 29. *Cod. de fideicommissis.*

41 Confectione tamen posterioris legati, vel codicilli, legatum, aut codicillus antecedens non revocatur nisi in quantum eidem contrarius extitit; *Communis*, textu expresso in *leg.* Cum proponatis 3. *Cod. de codicillis.* Vide supra *art.* 4. *num.* 16. ubi assignatur circa hoc ratio disparitatis inter codicillum, seu legatum, & testamentum.

42 Legata sola nuda voluntate signis, nutu, vel literis etiam ad interrogationem alterius manifestata revocari posse, clare habetur *in leg.* Si quis 3. §. 11. *ff. de adimendis legatis.* Dummodo tamen legans loqui possit, nisi superveniens morbus id ei impediat, textu expresso *in leg.* Nutu etiam 21. *ff. de legatis* 3. ibi: "Nutu etiam relinquitur fideicommissum, dum»modo is nutu relinquat, qui & loqui potest, nisi »superveniens morbus ei impedimento sit." Propter quæ ultima verba probabilius etiam infirmus morti proximus, & non amplius loqui potens solo nutu ad interrogationem alterius legata facere, & revocare potes; Covarrubias *in cap.* Cum tibi 13. *num.* 3. *de testamentis*, Molina *disp.* 127. *num.* 6. *& disp.* 212. *num.* 1. & multi alii, Glossa *in leg.* Si quis 4. *verb.* Vocabula *ff. de legatis* 1. *arg. cit. leg.* Nutu etiam 21. *ff. de legatis* 3. *& leg.* Cum proponebatur 64. *ff. de legatis* 2. Reiffen. tamen *loc. cit. num.* 766. quamvis dicat hanc sententiam non esse improbabilem, sequitur tamen ut probabilem, opinionem contrariam.

43 Tacite revocantur, vel potius revocata ipso jure censentur legata, si testator vivus rem legatam alteri donaverit, textu expresso in *leg.* Rem legatam 18. *ff. de adimendis legatis.* Etiamsi talis donatio fuerit invalida, textu claro in *leg.* Legatum 24. *ff. adimendis legatis.*

44 Item tacite ipso jure revocata censentur legata, si testator nulla urgente necessitate, sed ex mera voluntate titulo oneroso illa alienet, vendat, seu commutet, *arg. cit. leg.* Rem legatam, Glossa *in leg.* Lucius 22. *verb.* Reliqui *ff. de Legatis* 2. Glossa *in leg.* Qui 3. *verb.* Dedit *Cod. de Legatis.* Per talem enim mere voluntariam alienationem rei legatæ clare patet, quod testator mutaverit circa id suam voluntatem, & voluerit revocare legatum. Unde nec reviviscit legatum per donationem, vel alienationem revocatum, quamvis illud postea testator emptione, vel alia ratione iterum recuperet; *leg.* Cum servus 15. *ff. de adimendis*
45 *legatis*, *leg.* Qui res 98. *ff. de solutionibus.* Si vero rem legatam testator ex necessitate urgente alienaverit, seu hypothecaverit, non censetur revocatum legatum, nisi hæres sufficienter probet intentionem, & voluntatem testatoris fuisse tali alienatione, seu oppignoratione legatum adimere, seu revocare; §. Si rem suam 12. *Institut. de legatis*, *leg.* Fideicommissa 11. §. Si rem 12. *ff. de legatis* 3. Glossa 1. *in cit.* §. Si rem suam *Instit. de legatis*, Glossa *in leg.* Lucius 22. *verbo* Reliqui *ff. de legat.* 2. (*verb.* Legatarius.)

46 Item tacite ipso jure censetur revocatum legatum, si capitales, & graves inimicitiæ oriantur inter testatorem, & legatarium, non autem si solum leves; textu expresso *in leg.* Si quis 3. §. 11. *ff. de adimendis legatis*, *leg.* Si inimicitiæ 9. *ff. de his, quæ ut indignis.* Et idem dicendum est, si legatarius testatori verbo, aut facto gravem irroget injuriam, aut gravem accusationem, vel damnum attentetur, textu expresso *in cit. leg.* Si inimicitiæ 9. *ff. de his, quæ ut indignis*, *& leg.* Filio 31. §. 2. *ff. de adimendis legatis.*

47 Si vero ante mortem in amicitiam redeant, reviviscit iterum legatum, textu expresso *in leg.* Quod si 4. *ff. de adimendis legatis.*

48 Item ipso jure revocatum, vel potius expiratum censetur legatum, si legatarius ante testatorem, vel ante completam conditionem moriatur, aut si hæreditas non adeatur; §. Si peculium 20. *Institut. de legatis*, §. Posteriore quoque 2. *Instit. Quibus modis testamenta infirmentur*, *leg* Si habitatio 9. *ff. Quando dies Legati cedat*, *leg* In quantitate 73. *ff. Ad legem Falcidiam*, *cap.* Raynaldus 18. *de testamentis*, cum similibus.

49 Quoad revocationem codicillorum, ea proportionaliter dicenda sunt, quæ de legatis, cum legata extra testamentum non nisi per codicillos fiant; de revocatione autem donationis mortis causa, vide *verb.* Donatio *art.* 3. *à num.* 28. *ad* 31. ☼

☞ Potissimum prius testamentum rumpitur per pos- 50
terius perfectum. De eo vero sæpissime disputari in foro 51
so-

☼ Quinque articulos expendit A. in explanatione verbi *Testamentum*, in primo, agitur de ejus natura, divisione, & solemnitatibus; in secundo de privilegiatis ultimis voluntatibus; in tertio qui condere possint testamentum, institui hæredes, de executorumque obligatione; in quarto Codicillorum confectio inquiritur; denique dicti verbi explicationi eorum omnium finem imponit revocatio.

Separatim pertingere, quæ contra jus Hispanum diriguntur, maximam induceret confusionem; ideo ad eam evitandam sequens inseritur additio, ex qua pernecesse discrimen inter illud, Auctorisque doctrinam patefiet.

Quadrupliciter testamenta, ultimæque explicantur voluntates; in Scriptis: Nuncupative; per Commissarium, aut per Codicillum: est in scriptis, quod à testatore fit sua, vel manu alterius scriptum, sicque Tabellioni coram septem testibus ultimam tradentis voluntatem in eo contineri, manifestando; tunc in præsentia testium, nec lecto, nec aperto Tabellio claudit, & signat, & consequenter testes ac testator suas subscriptiones, si sciunt literas, apponunt; sin minus, aut nesciant, seu subscribere non possit testator, unus efficiet pro aliis, ita ut octo subscriptiones, & Tabellionis signum inveniantur; quod quidem hac forma executum, lingua vernacula *cerrado* nuncupatur: (1) quia nec testis, nec illa publica persona, quidquam ex in eo contentis sciunt, neque regulariter intelligunt.

Nuncupativum, quod Hispane *abierto* dicitur, quod fit coram Tabellione, necnon, & testibus; in præsentia legitur eorum, ultimam declarando voluntatem; valida hæc erit tribus testibus adstantibus, præter Tabellionem, dum illius loci, ubi testamentum conficitur, sint vicini. Si quinque ejusdem loci adstiterint vicini, Tabellionis haud requiritur assistentia, verum si illi quinque reperiri haud valeant, tantummodo tres sufficient, (2) dum vicinitatis fruantur qualitate; si vero ista careant, nec Tabellionis assistentia erit necessaria, septem testibus concurrentibus.

Per

(1) *L.* 2. *tit.* 1. *p.* 6. En escrito queriendo alguno facer su testamento, segun se dice en la ley ante desta, si por aventura lo quisiere facer en poridad, que non sepan ninguno de los testigós lo que es escrito en él, puede lo facer desta manera. Debe él por su mano mesma escrebir, é si non, debe llamar á otro qual quisiere, en quien se fie, é mandegelo escrebir en su poridad. Despues que fuere escrito, debe doblar la carta, é poner en ella siete cuerdas con que se cierre, de manera que finquen colgadas para poner en ella siete sellos, é debe dexar tanto pergamino blanco de fuera en que puedan los testigos escrebir sus nomes, é despues desto debe llamar, é rogar tales siete testigos ... é decirles asi. Este es mi testamento: é ruego vos, que escribais en él vuestros nomes, é que los selleis con vuestros sellos. E otrosi debe escribir su nome, ó facerlo escribir, en fin de los otros testigos ... *L.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. Ordenamos, y mandamos, que la solemnidad de la ley del ordenamiento ... que dispone quantos testígos son menester en el testamento, se entienda, y platique en el testamento abierto, que en latin es dicho *nuncupativo*, agora sea entre hijos, y descendientes legitimos, ora entre herederos extraños; pero en el testamento cerrado, que en latin se dice *in scriptis* mandamos que intervengan á lo menos siete testigos con un Escribano, los quales hayan de firmar encima de la Escritura del dicho testamento, ellos, y el testador, si supieren, y pudieren firmar; y sino supieren, y el testador no pudiere firmar, que los unos firmen por los otros; de manera que sean ocho firmas, y mas el signo del Escribano ...

(2) *L.* 1. *ejusd.* Si alguno ordenare su testamento, ó otra postrimera voluntad con Escribano Público, deben ser presentes á lo ver otorgar tres testigos á lo menos, vecinos del lugar donde el testamento se hiciere; y si lo hiciere sin Escribano Público, que sean ahi á lo menos cinco testigos, vecinos, segun dicho es, si fuere lugar donde los pudiere haber, y sino pueden ser habidos cinco testigos, ni Escribano en el dicho lugar: á lo menos sean presentes tres testigos, vecinos del tal lugar: pero si el testamento fuere hecho

solet, an posterius testamentum rumpat prius testamentum, si priori testamento adjecta sit clausula derogatoria; illa tamen haud revocata fuit in posteriori testa-
52 mento. Affirmare videntur Carpzov. *Jurisprud. forens. part.* 3. *constit.* 5. *difin.* 19. *num.* 5. Ludvvell. *de ultim. volunt. cap.* 1. *thes.* 4. Adde Bachov. *ad* §. *Instit. Quot*
53 *mod. testament. infirmentur.* At negant Brunemann. *ad L.* 22. *fer. per tot. ff. de Legat.* 3. Vult. *Consil. Marpurg. vol.* 2. *consil.* 21. *num.* 23. Hilliger. *in suo Donell. Enucleat. lib.* 8. *cap.* 4. *lit.* E. Sand. *decis. Frisic. lib.* 4. *tit.* 1. *decis.* 10.

54 Alii varie distinguere hic solent, ut videre est apud
55 Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 8. Confer etiam Coccei *dissert. de claus. testament. cap.* 2. Recte Strick. *in usu modern. Pandect. lib.* 28. *titul.* 3. §. 9. "Scilicet (*ait*) hic non tam quæstio juris, quàm facti „vertitur, quid testator revera voluerit, & inde ex „circumstantiis judicandum, an ea posterior volun„tas suspicione quadam laboret, necne? De jure sanè „non præcise requiritur, ut expresse revocatio prioris „fiat, nec hoc probari potest ex *leg.* 22. *ff. de legat.* 3. „ubi agitur de casu si quis in testamento sibi legem „præcripsit, & in eodem in fine ab ea recedere velit, „quod non aliter factum esse dici possit, quàm si ex„presserit se prioris voluntatis pœnitere. At hic quæs„tio est de testamento posteriori diverso tempore con„dito, ubi ex ipsa nova ordinatione mutatio volunta„tis indicitur." Consentit etiam Philipp. *in usu. practit. Instit. lib.* 2. *Eclog.* 66. At consule præ ceteris Rot. *in Barchinonen. Hæreditatis* 26. *Januarii* 1733. *fer. per tot. cor. Eminent. Crescentio inter impressas dec.* 203. *quæ in materia hac magistralis est.* ☞

(Quicumque additionem hispanicam *huic verb.* suppositam sit attente meditatus, animadvertet, quid amplius addere, pene supervacaneum fore, præmaxime dum præcipua novissime determinata recordantur; nihilominus, cum tot, tantæque ab Auctore pertingantur species, ut, in quantum possit, consonantia ejus doctrinæ cum nostris decisionibus, vim suam, aut non, custodientibus agnoscatur, incipit notitia legum Part. 6. *part.* decem & novem titulos amplectitur; præter ea, quæ hic necessario sunt inserenda, remissive, seu summatim reliqua referentur; duas & triginta leges habet primus titulus; de testamentis in eo agitur; voluntatis testimonium, tamquam ex duobus verbis, scilicet *testatio & mens* compositum ac sumptum, *Testamentum* dicitur; sedatur animus testatoris, & quiescit, etiamque quid lucri consequitur, eo quod impedit, ne inter hæredes contentiones oriantur, si fuerit confectum; voluntas ostenditur de eo quod fieri debeat post mortem, cum expressa hæredis declaratione; fit dupliciter *nuncupative* seu *in scriptis*: illud dicitur quod coram septem testibus verbis seu scripto conficitur, in eo hæres instituitur, resque ordinantur ceteræ; in scriptis ultima est voluntas non aliter quàm per scripturam facta; septem testes, vocati, & ab ejus conditore (vid. *leg.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *Fori Reg.*) rogati debent adesse; excluduntur servus, minor quatuordecim annis, mulier, & infamis; in calce testamenti prænomen, ac nomen omnes apponunt, à quo sit factum, & cujus ultimum signaverint elogium; aliqueis subscribere nescientibus, pro eis, qui literas sit edoctus, subscribet; septem signa per annullum stare, est necesse, quamquam alieno annulo qui eum non habuerit, uti potest; nomen testatoris non deficiet, verbis apertis declarantis, à se, ut scriptum denotat, esse factum; literas si ignorat, nequeatve subscribere, jussu ejus potest alius adhiberi; præcedentia à *leg.* 1. (vid. *leg.* 103. *tit.* 18. *part.* 3.) disponuntur; *legis* 2. (vid. *in addit. hisp.* ubi omnia bene discernuntur, idem *lex* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ord. Reg.* conducitque *add. hisp. verb.* Scriptura) relatio omittitur; *lex* 3. demonstrat, testatorem ad alios actus, antequam ultima voluntas perficiatur, diverti non valere, nisi quid necessarium testatori (aut testibus) evenerit, propterea quod supersedi fuerit inexcusabile, nam tunc, cessante causa, in confectione prosequitur; nisi præsentes sint testes, sunt præcise vocandi, secus enim, ¿quomodo præsentiam sui facere valebunt? si vocantur, & nullum ad comparendum adest obstaculum, eo ipso cum præsentes sint, finem vocationis comprehendunt: si illinc non discedant, rogati intelliguntur, per consequens illa verba, ut testes essent vocati, & rogati, adimpleta censentur, quamvis in materiali eorum sensu non essent effectum sortita; *lex* 4. *de militibus* loquitur, (vid. *dict. add. vers.* Quilibet...) mirum tibi non videatur, in citata lege sermonem solum fieri de *Equitibus*, nam equitatus (*titul.* 21. *p.* 5.) antiquis temporibus erat nobilium cœtus, ad provincias tuendas designatus, ideo nomen latinum *militia* ipsimet apte concredebatur; idem significat ac societas seu fortium virorum in commune propugnantium congregatio: (*in eodem tit.* 21. *leg.* 2.) equi-

---

Per mandatum vulgo *poder especial* testamentum conficitur, dum ea facultas à testatore, nuncupative, aut in scriptis tribuitur alicui; ad quam quidem concedendam eadem erit adstanda solemnitas quæ testamentis eodem modo factis inesse debet, alioqui haud poterit tale mandatum subsistentiam habere. (1) Nihil Commissarius, extra illud ad quod testatoris voluntas in mandato se extendit, efficiet: (2) nihil amplius, si tantummodo facultatem dedit condendi pro eo testamentum; priscis temporibus onera conscientiæ testatoris exonerare valebat, debita, ceterasque solvendo obligationes, & deducto ære alieno pro anima ejus quintum impendebat bonorum; (3) postea vero, testamento à Commissario non facto, per hæredes, si de ascendentibus, seu descendentibus legitimis haud fuerint; (4.) hodie videtur, venientibus ab intestato tradi bona debere, sine aliqua deduc-

---

cho ante siete testigos, aunque no sean vecinos, ni pase ante Escribano, teniendo las otras calidades que el derecho requiere, valga el testamento, aunque los testigos no sean vecinos del lugar adonde se hiciere el testamento...

(1) *L.* 13. *ejusd.* En el poder que se diere al Comisario para facer todo lo susodicho, ó parte dello, intervenga la solemnidad del Escribano, y testigos que segun leyes de nuestros reynos han de intervenir en los testamentos, y de otra manera no valan, ni hayan fee los dichos poderes.

(2) *L.* 5. *ejusd.* Porque muchas veces acaesce, que algunos porque no quieren facer sus testamentos, dan poder á otros que los fagan por ellos, y tales Comisarios facen muchos fraudes... mandamos que de aqui adelante el tal Comisario no pueda por virtud del tal poder hacer heredero en los bienes del testador... y en tal caso el Comisario pueda facer lo que especialmente el que le dió el poder señaló, y mandó, y no mas.

(3) *L.* 6. *ejusd.* Quando el testador no hizo heredero, ni menos dió poder al Comisario, que lo ficiese por él, ni le dió poder para facer alguna de las dichas en la ley proxima, sino solamente le dió poder para que por él pueda facer testamento; el tal Comisario mandamos que pueda descargar los cargos de conciencia del testador, que le dió el poder pagando sus deudas, y cargos de servicio, y otras deudas semejantes, y mandar distribuir por el anima del testador la quinta parte de sus bienes, que pagadas las deudas montare...

(4) *L.* 10. *ejusd.* Quando el Comisario no fizo testamento, ni dispuso de los bienes del testador, porque pasó el tiempo, ó porque no quiso, ó porque murió sin facerlo, los tales bienes vengan derechamente á los parientes del que le dió el poder, que hubiesen de heredar sus bienes ab intestato; los quales en caso que no sean fijos, ni descendientes legitimos, sean obligados á disponer de la quinta parte de los tales bienes por su anima del testador...

equitatus in hispania non dicebatur ab equitando: per similitudinem fuit ea vox extensa: sicut qui equo vehuntur, majori splendore iter faciunt, quàm qui aliis belluis utuntur: ita sic delecti, videntur præ ceteris defensoribus honorabilius haberi, quare, si equitatus à virorum selectorum pro patriæ defensione societate trahit originem, ab eo eques dicitur: quapropter milites omnes hoccine nomen comprehendit; *lex* 5. præscribit, quemcumque, venia ad testandum à Principe concessa, precibus eidem oblatis, à ceteris vassallis in activa testamenti factione, distingui non debere: si per supplicationem Rex sit præsens, dum aliquis ultimam voluntatem declarat, absque alia solemnitate subsistit testamentum: fraudis cessat omnis suspicio: jam est insertum, (vid. *leg.* 32. *tit.* 16. *p.* 3.) duos testes bonæ existimationis ad probationem judicialem, prout in communi, sufficiunt: unius testimonium à nemine in judicio admittitur, non attenditur cujuscumque qualitatis fuerit, nisi qui factum asserit, summas imperii obtineat: omne pactum, omnis conventio, omnisque hominis voluntas, quomodocumque declarata, per regiam assertionem comprobatur; *lex* 6. tractat de rusticorum testamentis: omnia, quæ in eis condendis sunt cauta, ab eisdem observanda, dum testes idonei inveniantur: rustico volente in scriptis testari, copia testium, scribere scientium, deficiente, cum quinque, si subscribunt, vel unus pro ceteris, dispositum sustinetur, debet palam omnibus ordinari, ut fraus quælibet amandetur; *lex* 7. testamentum à patre inter liberos factum, licèt perfectum non sit, proponit: si pater testamentum fecerit, filios, aut nepotes hæredes instituendo, bonave sua inter eosdem partiatur, cum duobus testibus, cetera etsi prætermissa fuerint, subsistit, nihilosecius, si verbis substantiam suam, duobus testibus rogatis & vocatis præsentibus, dividit, æqualis erit effectus, licèt in hujusmodi dispositione sit mixta alia extranea persona, quia nullum præstat impedimentum, eo quod, tamquam si hujus personæ nomi-

---

ductione, & per eos, inspectis qualitatibus, etiamque defuncti facultatibus, quod consuetudo approbaverit in corporis humatione, ceterisque suffragiis expendetur. (1)

Sæpesæpius contingit, testatorem, dum testamentum perfecit, omnia ad perfectam ejus intentionem expedientia, non potuisse clare animadvertere, aliquaque emergere quæ temporum varietate, & vicissitudine convenire, aut

---

(1) *L.* 16. *ejusd. Ibi*: Y mando que los bienes y herencias de los que mueren ab intestato absolutamente se entreguen íntegros sin deduccion alguna á los parientes que deben heredarlas, segun el órden de suceder que disponen las leyes del reyno, debiendo los referidos herederos hacer el entierro, exêquias, funerales, y mas sufragios que se acostumbran en el pais, con arreglo á la calidad, caudal y circunstancias del difunto::: Reg. Pragm. 2. Febr. 1760. *Sabed: que por la ley* 10. *tit.* 4. *del lib.* 5. *de la nueva Recop.* de estos mis reynos, que trata del tiempo y casos en que deben aplicar los herederos el quinto de los bienes de los que mueren ab intestato á beneficio de su alma, se dispone lo siguiente: Quando el Comisario no fizo testamento, ni dispuso de los bienes del testador, porque pasó el tiempo, ó porque no quiso, ó porque murió sin facerlo, los tales bienes vengan derechamente á los parientes del que le dió el poder, que hubiesen de heredar sus bienes ab intestato, los quales, en caso que no sean fijos, ni descendientes ó ascendientes legítimos, sean obligados á disponer de la quinta parte de los tales bienes por su anima del testador; lo qual si dentro del año, contado dende la muerte del testador, no lo cumplieren, mandamos, que nuestras Justicias les compelan á ello, ante las quales lo puedan demandar, y sea parte para ello qualquier del pueblo. Y habiéndose reconocido, sin embargo de lo dispositivo y claro de esta ley, en los continuados recursos, que de esta naturaleza se han visto, las freqüentes controversias y desórdenes que cada dia se suscitan entre los Jueces Eclesiasticos y Seculares, por las diversas interpretaciones que la dan, extendiéndola á casos de que no habla, y herederos que en ella se exceptuan, debiendo estarse á lo literal y expreso de ella, cediendo todo en perjuicio de mis vasallos, de los legítimos herederos de los difuntos, y de la recta administracion de justicia; deseando cortar de raiz estos abusos, que solo sirven de turbar la buena armonía y tranquilidad pública, se dedicó mi Consejo á formar una nueva ley, que con claridad decidiese para lo futuro, por especial encargo, que para ello se le hizo por el Señor Don Fernando VI. (de augusta memoria) mi muy caro y amado hermano, que posteriormente se repitió de mi real órden. Y habiendo oido en este asunto á mis Fiscales, y exâminado esta materia con la propia reflexîon que pide su importancia, conformándome con el parecer del Consejo, he venido en establecer, y mandar, que en todos mis dominios se observe la siguiente ley y declaracion: Por quanto los Jueces, así eclesiásticos como seculares, con abuso de lo dispuesto por la *ley* 10. *tit.* 4. *lib.* 5. *de la Recopilacion* la extienden indebidamente á herederos, que en ella se exceptuan, y casos de que habla, con perjuicio de mis vasallos: quiero se observe dicha ley en todo lo por ella ordenado, y en la forma y manera que se ha prevenido, ciñéndose á lo literal y expreso de ella: Y mando, que los bienes y herencias de los que mueren ab intestato absolutamente se entreguen íntegros, sin deducion alguna, á los parientes que deben heredarlos, segun el órden de suceder que disponen las leyes del reyno, debiendo los referidos herederos hacer el entierro, exêquias, funerales, y mas sufragios que se acostumbren en el pais, con arreglo á la calidad, caudal y circunstancias del difunto, sobre que les encargo sus conciencias: Y en el caso solo de no cumplir con esta obligacion los herederos, se les compela á ello por sus propios Jueces, sin que por dicha omision, y para el efecto referido se mezcle ninguna Justicia eclesiástica ni secular en hacer inventario de los bienes: todo lo qual se guarde y cumpla, sin embargo de qualesquiera estilos, usos y costumbres contrarias, aunque sean inmemoriales; pues en caso necesario las derogo y anulo, como opuestas á razon y derecho, y se recopile esta ley entre las demas del reyno. Y para su puntual é invariable observancia en todos mis dominios, fué acordado expedir la presente en fuerza de ley y pragmática sancion, como si fuese hecha y promulgada en Cortes, pues quiero se esté, y pase por ella, sin contravenirla en manera alguna; por lo qual, siendo necesario, derogo y anulo todas las cosas que sean ó ser puedan contrarias á ésta: Por la qual encargo á los muy Reverendos Arzobispos, Obispos, Priores de las Ordenes, Visitadores, Provisores, Vicarios y demas Prelados y Jueces Eclesiásticos de estos mis reynos, observen la expresada ley como en ella se contiene, sin permitir que con ningun pretexto se contravenga en manera alguna: Y mando á los del mi Consejo, Presidente y Oidores de mis Audiencias y Chancillerías, Asistente, Gobernadores, y demas Jueces y Justicias de todos mis dominios, guarden, cumplan y executen la citada ley, y la hagan guardar y observar en todo y por todo, dando para ello las providencias que se requieran, sin que sea necesario otra declaracion alguna mas de esta, que ha de tener su puntual execucion desde el dia que se publique en Madrid y en las Ciudades, villas y lugares de estos mis reynos, en la forma acostumbrada, por convenir así á mi Real servicio, bien y utilidad de la causa pública de mis vasallos: que así es mi voluntad.

minatio non fieret, proceditur; quando pater, in scriptis testamentum conficiendo, quæ sunt præventa, non custodierit, dupliciter ab eo effici potest; si pater id manu propria scripserit, dicere debet, *hæc ultima voluntas sic facta, volo ut observetur*, & filii, eamdem subscribendo, sunt declaraturi, *ratam haberi*: aliter vero conficitur, si, non ignarus literarum, manu propria totum scribat testamentum cum nominis expressione liberorum, insuper in fine addendo, esse suam voluntatem, *ea firma habere*: circa hanc legem vid. D. Anton. Gomez, *in commentar. ad leg.* 3. *Tauri*, ubi clare patet *num.* 59. præcedentem legem 7. nullas vires continere; qui velit utilem ejus doctrinam memoriæ demandare, ad dictum adeat commentarium; *lex* 8. modum revocandi testamentum, juxta in 7. dispositum, pertractat; ab alio perfecte ante septem testes facto cum revocationis expressione, mutatur, ne despiciatur prædicti Auctoris doctrina; quales debeant esse testes, *lex* 9. decernit: (Ad rem *lit.* R. *pag.* 37.) nequeunt testificari, *videlicet* ob carmen famosum, furtum, homicidium, de simili aut majori delicto damnati, nostram sanctam catholicam fidem prodentes, (*verb.* Apostata) licèt ad eam revertant, fœminæ, quatuordecim annis minor, servus, (nisi tunc, cum testamentum conditur, pro libero habeatur, *vid. lit.* C. *pag.* 244. *col.* 2. *numer.* 36. *& verb.* Judex) mutus, surdus, furiosus, prodigus, hermaphroditus; (excipitur dum (*leg.* 10.) sexus virilis prævalet) inter hæredem scriptum, testantisque consanguineos vel legatariorum aliquem super testamento orta controversia; legatarii ceteri solum (*lege* 11.) in testes vocabuntur, non vero is qui contendit, neque hæres scriptum si contra eum agatur, neque ejus con-

aut non videbantur, quapropter, si velit suam voluntatem apertius declarare, & ex legatis aliquid detrahere, vel augere, ei licet, brevi efficere compendio *codicillus* nuncupato; (1) parvus iste codex duplici ad instar testamentorum modo perficitur; nuncupative, aut in scriptis; hoc in casu solemnitas legitimitatis testium numeri, necnon vicinitatis ad ipsius validitatem requiritur eadem, ac in testamento nuncupativo supra animadversa. (2)

Quilibet Hispaniæ dominationis vassallus testari haud prohibitus, prædictis modis ultimum elogium condere valet. (3) Militibus exceptis, visuque carentibus; illi si in militiæ sint expeditione, nam duobus coram testibus, dum vulnerati inveniantur, testari possunt; si in mortis articulo constituti, valet scriptum eorum sanguine in armis, terra, seu arena, dummodo eodem testium numero justificetur; secus autem in dicta expeditione haud occupati; quia tunc ut quilibet paganus testamentum valide conficient, aut tribus tantum testibus militari privilegio attento. (4) Visu carentes, seu cæci, quamquam veteri in tempore, nisi variæ solemnitates requisitæ præcesserint, testamentnm suum conficere nequirent, nunc vero coram quinque testibus bene valent. (5)

Ita testamento condito, subsistit, etiamsi defectuosum hæredis institutione inveniatur, quæ ab A. essentialis ad ipsiusmet ultimæ voluntatis valorem consideratur; siquidem illa deficiente, cetera animi præcepta sustinentur, & adimplenda, licèt in eo nullus sit hæres institutus; aut si aliquis nominatus, hæreditatem repudiavit, modo aliæ solemnitates extiterint. (6) Inter prohibitos ad activam factionem testamenti numeratur in primis, ad mortem naturalem, vel civilem condemnatus; conveniens erat hæc doctrina antiquo (7) Juri Hispano; contrariam autem posteriori per quod iis fuit concessa facultas de omnibus, præter Fisco addicenda, disponendi; (8) etiam numeratur filiusfamilias sub potestate patria constitutus, nisi de bonis castrensibus vel quasi, quod quidem suam observantiam retinuit; (9) jam vero cessavit, quia hodie potest filius, vel filia eadem sub potestate existens, mas-

(1) *L.* 1. *tit.* 12. *part.* 6. Cobdicilo en latin quiere decir en romance como escritura breve que facen algunos omes despues que son fechos sus testamentos, ó ante. E tal escritura como esta tiene gran pro: porque puede ome en ella crescer, ó menguar las mandas, que oviese fechas en el testamento . . .

(2) *L.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *Ibi*: Y en los codicilos intervenga la misma solemnidad que se requiere en el testamento nuncupativo, ó abierto, conforme á la dicha ley del ordenamiento . . .

(3) *L.* 13. *tit.* 1. *part.* 6. Todos aquellos á quien no es defendido por las leyes deste nuestro libro, pueden hacer testamento . . .

(4) *L.* 4. *tit.* 1. *part.* 6. Queriendo facer testamento algun caballero, si lo ficiese en su casa, ó en otro lugar que no sea en hueste, debelo facer en la manera que los otros omes: asi como dicen las leyes antes desta . . . mas si lo oviere de facer en hueste, estonces abonda que lo faga ante dos testigos llamados y rogados para esto. E si por aventura seyendo en la facienda, veyendose en peligro de muerte, quisiere aquella sazon facer su testamento, decimos que lo puede facer como pudiere, é como quisiere por palabra, ó por escrito, é aun con su sangre mesma, escribiendolo en su escudo, ó en alguna de sus armas, ó señalandolo por letras en tierra, ó en arena. Cá en qualquiera de estas maneras que lo él faga, é pueda ser probado por dos omes buenos que se acertasen, vale tal testamento. Vid. *Exercitus ordinationes*, *& ultim. declaration.* 29. *Octob. ann.* 1778.

(5) *L.* 14. *ejusd.* El ciego no puede hacer testamento, fueras ende de esta manera: debe llamar siete testigos é un Escribano Público, é delante dellos, debe decir como quiere facer su testamento: otrosi debe nombrar quales son aquellos que establece por sus herederos, é que es lo que manda, é el Escribano debe escribir todas estas cosas delante de los testigos: si eran antes escritas, é leídas, debe decir el ciego manifiestamente como aquel es su testamento . . . *L.* 2. *titul.* 4. *lib.* 5. *Ibi*: Y mandamos que en el testamento del ciego intervengan cinco testigos á lo menos.

(6) *L.* 1. *ejusd. Ibi*: Y mandamos, que el testamento que en la forma susodicha fuere ordenado, valga en quanto á las mandas, y otras cosas que en él se contienen, aunque el testador no haya hecho heredero alguno . . . y si el testador instituyere, y el heredero no quisiere heredar, valga el testamento en las mandas, y en las otras cosas que en él se contienen: y si alguno dexare á otro en su postrimera voluntad por heredero, ó le legare, ó mandare alguna cosa, para que la dé á otro alguno, á quien substituyere en la herencia, ó manda, si el tal heredero, ó legatario no quisiere aceptar, ó renunciare la herencia, ó el legado, el substituto, ó substitutos lo pueden haber todo.

(7) *L.* 15. *tit.* 1. *part.* 6. Judgado seyendo alguno á muerte por yerro que oviese fecho, pues que tal sentencia fue dada contra él, no puede facer testamento. Lo mesmo decimos del que fuese desterrado para siempre en alguna Isla, si le tomase el Rey todo lo suyo.

(8) *L.* 3. *tit.* 4. *lib.* 5. Mandamos que el condenado por delito á muerte civil, ó natural, puede facer testamento y codicilo, ó otra qualquier ultima voluntad, ó dar poder á otro que lo faga por él, como si no fuese condenado; y su Comisario pueda disponer de sus bienes, salvo de los que por el tal delito fueren confiscados, ó se ovieren de confiscar, ó aplicar á nuestra Cámara, ó á otra persona alguna.

(9) *L.* 13. *tit.* 1. *part. ejusd.* El fijo que está en poder de su padre, maguer el padre se le otorgase. Pero si fuere Caballero, ó ome letrado, qualquier destos fijos, que haya, de los bienes que son llamados *peculio castrense*, *vel quasi castrense*, puede facer testamento.

consanguinei, neque testantis usque ad quartum gradum: hæc autem decisio in alium locum spectat, quia in præsenti qui testes in testamento esse possint, perquiritur, non vero qui, orta contentione deponere, istud *in tit.* 16. *p.* 3. determinatur, & *verb.* Testis, adnotabitur: ceterum hic abire non sinit consideratio, siquidem, si objectum hujus decisionis, visque suorum verborum attenditur, atque cum *legibus* 11. *&* 18. *tit.* 16. *dict. p.* 3. confertur, videtur ostendi, neque hæredem, ejusve consanguineos ad quartum gradum inclusive testes habiles reputari, secus autem legatarios: testamenti ordinatio, licèt in beneficium testatoris redundet, præcipuam utilitatem versus hæredem dirigit: conditur ut sit universalis successor: totum negotium ad eum pertinet, & testis in causa propria æstimatur: legatarius præter in legato expressum, nullum habet interesse: nemini in dubium venit, omnes tam hæredes (præsertim de extraneis loquendo) quàm legatarios testes in testamento in scriptis vulgo *cerrado* esse valere, forma illud ordinandi non oblita: nullus scit quæ in eo continentur: clausum tabellioni traditur: papyrus sigillata imponitur: omnes testes cum testatore subscribunt, & tabellio signat: ideo cum principaliter propter voluntatis ignorantiam, nullus ex testibus pro hærede aut legatario habeatur, videtur nullum nocumentum præbere quod postea sub hac qualitate, aperto testamento, reperiantur, nec si ceteri eorum fuerint consanguinei: consideratio contemnatur; verum, si est tibi voluntas cognoscendi quàm papyri speciem ad testamenta signanda iri requisitum, §. 3. *n.* 21. *&* 22. *leg.* 45. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop. Castellæ* demonstrabit; *lex* 21. constituit, ultimam voluntatem in quacumque instrumenti materia papyracea (vid. proxime) pergamenea, lignea sive fuerit, olim fieri, & ex eodem testamento, vivo testante, (de in scriptis forsan ne intelligas nisi per conditorem in simili forma fiat, & claudatur) plura exemplaria edi posse, si eorum aliquod defectuosum reperiatur, præjudicium aliis non generat; *lex* 13. præfinit qui testamenta facere nequeunt: de filiofamilias, ad mortem civilem seu naturalem damnato vide *add. hisp. vers.* Ita condito :::: non valent ultimum elogium conficere (Ad rem *lit.* A. *pag.* 103. *col.* 2. *lit.* E. *pag.* 175. *num.* 54. *in fine* & *pag.* 213. *vers.* In quinta ::: Consonat *lex* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *For. Reg.*) impubes, annum decimum quartum non complens, & fœmina duodecimum, qui mente carent,

masculus si quatuordecim fuerit annorum, & fœmina duodecim (1), perinde ac si extra illam essent, testamentum condere, nulla bonorum habita differentia (2); interque alios, Clericos quoque comprehendit: de quibus nihil est addendum, cum suo in loco prænotatum existat (3).

Agendo de ultimarum voluntatum Executoribus, duplex in nostro jure eorum est consideratio: aut de illis fit sermo qui olim *Cabezaleros*, hodie *Testamentarios*, *Albaceas*, *ó Cumplidores* denominantur (4), aut de eis, quibus committitur facultas, ut ultimum elogium condant: sub qua quidem consideratione comprehenduntur quibus per mandatum, ut est supradictum, vulgo *por poder especial* similis conceditur facultas (5), in eorum munera discriminis multum advertitur: illi circa testamenti confectionem in nihilo se immiscebunt: modis omnibus quod præcipitur, adimplebunt (6): ut quàm primum executio sit in effectum perducenda, ad summumque, usque ad annum possunt, à testatoris morte differre: imposterum autem, nisi aliud disposuerit testator, si commoniti non adimpleant, privationem merentur (7): isti, *id est*, Commissarii ad testandum nominati, quid efficere debeant, non remanet intactum.

Quomodo sit procedendum, ne ultima differatur voluntas, dum omnes Executores designati non se in unum convenerint; à quo tempore initium sumit obligatio; ac intra quod à testatore dispositum sit adimplendum, parvo æstimatur negotio.

Discordia inter eos orta, quod jusserit major pars adimplebitur; si numero personarum æquales in discordia fuerint, Judex loci testatoris in quem sors ceciderit, dum plures eadem denominatione Hispane *dos Alcaldes Ordinarios*, reperiantur in tertium eligetur; nec ultima voluntas differetur, eo quod ex Commissariis aliquis non potuerit, aut noluerit, à testatore uti facultate concessa, etenim ab illis, qui supersunt, terminabitur dispositio (8). Tempus, intra quod data facultas effectum sortietur, Executoribus in loco, quo testator obdormierit in Domino, est quatuor mensium assignatum: sex, si in regno: unius anni si extra hoccine extiterint (9): illicoque à die mortis currere tempus incipit, & nil Commissario proderit, potestatem sibi concessam in

(1) *Ead. Ibi*: Otrosi decimos, que el mozo que es menor de catorce años, é la moza que es menor de doce años, maguer non sean en poder de su padre, nin de su abuelo, non pueden facer testamento.

(2) *L.* 4. *tit.* 4. *lib.* 5. El fijo, ó fija que está en poder de su padre, seyendo de edad legitima, pueda facer testamento, como si estuviere fuera de su potestad.

(3) Vid. *verb.* Dominium, & *verb.* Spolium.

(4) *L.* 1. *tit.* 10. *p.* 6. Cabezaleros, é Testamentarios, é Mansesores, como quier que han nomes departidos, el oficio dellos es en latin, é llaman los Fideicomisarios.

(5) *L.* 5. *tit.* 4. *lib.* 4. Porque muchas veces acaesce, que algunos porque no pueden, ó porque no quieren facer sus testamentos, dan poder á otros que los fagan por ellos :::

(6) *L.* 7. *tit.* 10. *part.* 7. *Ibi*: A los testamentarios, que cumplan los testamentos de aquellos que los dexaron en sus manos.

(7) *L.* 6. *ejusd. Ibi*: E si por aventura él no señaláre dia, nin tiempo, debense ellos trabajar luego despues de la muerte del Testador de lo cumplir mas aina que pudieren sin alogamiento, é sin escatima ninguna. E si embargo tan grande oviesen, porque non lo pudiesen luego cumplir, debense tratar que lo cumplan en todas guisas á lo mas tarde fasta un año despues de la muerte del Testador. *L.* 8. *ejusd.* Por malicia ó por descuido no queriendo los Testamentarios cumplir las mandas que oviere alguno dexado en su mano, si por tal razon como esta seyendo amonestados, fueren tollidos de este oficio por juicio :::

(8) *L.* 12. *tit.* 4. *lib.* 5. Quando el Testador dexare dos ó mas Comisarios, si alguno ó algunos dellos requeridos, no quisieren, ó no pudieren usar del dicho poder, ó se murieren, el poder quede por entero al otro ó á otros que quisieren ó pudieren usar de dicho poder; y en caso que los tales Comisarios discordaren, cúmplase y execútese lo que mandare ó declarare la mayor parte dellos; y en caso que no haya mayor parte y fueren discordes, sean obligados á tomar por tercero al Corregidor, Asistente, Gobernador, ó Alcalde Mayor del lugar donde fuere el testador; y si no hubiere ::: que tomen al Alcalde Ordinario del dicho lugar por tercero; y si muchos Alcaldes Ordinarios hubiere, si no concertaren los dichos Comisarios qual sea, en tal caso echen suertes, y el Alcalde á quien cupiere la suerte, se junte con ellos; y lo que la mayor parte declarare ó mandare, que aquello se guarde y execute.

(9) *L.* 7. *ejusd. Ibi*: No tenga mas término de quatro meses, si estaba al tiempo que se le dió el poder en la ciudad, ó villa ó lugar donde se le dió el poder; y si á dicho tiempo estaba ausente, pero dentro de estos nuestros reynos, no tenga ni dure su poder mas de seis meses; y si estuviere fuera de dichos reynos al dicho tiempo, tenga término de un año, y no mas.